



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 67. Electio Superiorum Majorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI  
A.C. 1558.  
ne excubare decet : erit enim tempus, quantum provideo, cum & nomen vestrum improbis invisum, & sanam doctrinam adversarii non sustinebunt : sed pergite, ut cœpistis, ad brævium æternæ gloriæ currentes, ut aliquando comprehendatis. Non vos labor, periculaque deterreant, non debilitent minæ, non mortis metus frangat, sed ipsi vos holocausta offerte Deo in odorem suavitatis, ac contra omnes hæc vexationes roborate pectora vestra, ad quod agendum vos animet eximius erga Magistri vestri honorem amor, ejusque gloriæ, ac animarum salutis studium, nec non solliciti sitis, ne vos seducat Principum favor, nec eorum minæ vos deterreant, aut sæculi honores obcæcent, ac ruinæ occasionem præbeant (\*).

## §. LXVII.

*Electio Superiorum Majorum.*

Sacchin. n. 44  
Et 45.  
Bauhous  
in vita  
S. Ignat.  
l. 3. p. 251.  
Postea Patres continuatis hisce comitiis eligebant Generalis Ministros, Assistentes, & Monitorem, seu quemdam Virum prudentia, ac virtutibus conspicuum, qui Præposito Generali in variis occasionibus prudens consilium suggerere possit, id enim a Divo Ignatio ita fuit constitutum, hoc que munus Polanco

(\*) Hæc in oratione a Ribadeneira recitata non leguntur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

lanco est demandatum. Porro in Affi-  
stentes feligebantur quatuor, ac qui-  
dem Madrutius pro Italia, & Sicilia: Na-  
talis, seu Nadalius pro inferiori, & su-  
periori Germania, & Gallia: Gonsalvus  
pro Lusitania, Brasilia, Æthiopia, &  
Indiis: denique Polancus pro Castella,  
Arragonia, & Bœtica. Hi nonni-  
si a duobus illis, qui Generalem elegerant,  
fuere nominati: ad cetera vero negotia  
quinque Provinciarum Procuratores in  
consilium vocabantur: prima autem om-  
nium sollicitudo eo tendebat, ut Con-  
stitutiones a Patre Ignatio conscriptæ  
reciperentur, eæque typis vulgarentur.  
Sub idem quoque tempus circa studia,  
ac selectum Autorum, quos in Theologicis,  
ac Philosophicis materiis sequi oporteret,  
decretum fuit editum, quamvis id ipsum  
jam antea Sanctus Ignatius præscripsisset.

§. LXVIII.

*Decreta pro studiis, & Auctoribus  
Theologicis in Societate ad-  
optandis.*

Hic idem Sanctus præcipuam in eo  
curam impendebat, ut ejus Socie-  
tas scientiarum laude emineret, atque  
ab ea procul abessent privatæ opiniones,  
quæ a sententiis passim in schola re-  
ceptis,

*In Deol. ad  
cap. 14. p. 4.  
Const. litt. B.  
Bouhours  
vie de S. I-  
gnace l. 4.  
p. 374.*